

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas k
cum fonte primo

Est duplex liberalitas: una que subsidio rei adiuuat, id est usu pecunie; altera que operum collatione inpenditur que multo frequenter splendidior multoque preclarior.

Quanto utilius regem pharaonem sanctus Ioseph consilio prudentie iuuuit quam si contulisset pecuniam! Pecunia enim unius ciuitatis non redimeret ubertatem, prospiciencia uero tocius Egypti per quinquennium famem repulit.

Ambrosius ibidem (de officiis libro I.).

Est enim duplex liberalitas: una quae subsidio rei adiuuat, id est, usu pecuniae; altera quae operum collatione inpenditur, multo frequenter splendidior multoque clarior.

Quanto illustrius Abraham captum armis uictricibus recepit nepotem quam si redemisset!

Quanto utilius regem Pharaonem sanctus Ioseph consilio prouidentiae iuuuit quam si contulisset pecuniam! Pecunia enim unius ciuitatis non redemit ubertatem, prospiciencia totius Aegypti per quinquennium famem repulit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2, 15, 73-4 (CCSL 15, M. Testard ed., p.123, ll.44-52).